

*Ex tabula, quae continet acta anni 183, reperta a. 1699 una cum ea ex qua desumpsimus N. 3043 (VI 2099; Henzen act. p. CLXXXVI). — 1) Consul suff. praeterea ignotus (ideo fortasse solus nominatus quod ex consulibus ordinariis anni 183, quorum nomina praecedunt, alter adhuc fasces retinebat). — 2) De his sacrificiis cf. Henzen p. 143 seq. — 3) Cf. Henzen p. 143. — 4) Cf. supra N. 4013—4018. — 5) Divi sunt imperatores consecrati, eorumque sedecim anno 183, viginti annis 218 (VI 2104) et 224 (infra N. 3048) ab Arvalibus colebantur, cf. Henzen p. 148.*

**5048** VII id. Nov.<sup>1</sup> | fratres Arval. in luc. d. D.<sup>2</sup> via Camp.<sup>3</sup> apud lap. V conv.<sup>4</sup> per C. Porc. Priscum | mag. et ibi imm.<sup>5</sup>, quod vi tempestat., ictu fulmin. arbor. sacr. luci d. D.<sup>2</sup> attact. | arduer., ear. q. arbor. eruendar., ferr. [f]endendar.<sup>6</sup> adolendar. commolendar.<sup>7</sup>, | item aliar. restituendar. causa operisq. inc[h]oandi, ara[s] temporal. sacr. d. D.<sup>2</sup> | reficiend., eius rei causa lustr. miss.<sup>8</sup> suovetaurilib. maior.; item ante aed. | d. D.<sup>2</sup> b. f. a. iunct.<sup>9</sup> n. II, item ad ar. tempor.<sup>10</sup> dis inf. s. s.<sup>11</sup>: Ian. patr. ariet. II, Iovi ver|bec. II, Marti patri ult. ar. n.<sup>12</sup> II, sive deo sive deae verb. II, Iun. d. D.<sup>2</sup> ov. n. II, | Virginib. div. ov. n. II, Fam. div. verb. n. II, Larib. verb. n. II, Matr. Lar. ov. n. II, | Font. verb. n. II, Flor. ov. n. II, Summan. pat. verb. atos II, Vestae Matri ov. II, | Ves[tae]<sup>13</sup> deor. dear. q. ov. II, item Adolend. Coinq.<sup>14</sup> ov. II; et ante Caesar. Genio | d. n.<sup>15</sup> Severi Alexandri Aug. t. a.<sup>16</sup>, item divis n. XX<sup>17</sup> verbec. XX.

III id. Dec. fratres Arval. in luco deae Diae via Campana<sup>3</sup> apud lap. V convener.<sup>4</sup> | per C. Porc. Priscum mag. et ibi immolav., quod ab ictu fulminis arbores luci | sacri d. D.<sup>2</sup> attactae arduerint earumq. arborum adolefactorum et coinquen|darum et<sup>18</sup> in eo luco sacro aliae sint repositae et arae temporal. refectae, ferri | effer.<sup>19</sup>, [h]uius oper. perfecti causa lustrum missum suovetaurilib. maioribus | et cetera q. s.<sup>20</sup> Adfuer. P. Ael. Secundinus, T. Fl. Arc[h]esilaus, M. Fab. Fortuna|tus, M. Saen. Donatus.

*Fragmentum tabulae quae continebat acta annorum 224. 225, Romae rep. anno 1570 (VI 2107; Henzen act. Arv. p. CCXIII). — 1) A. 224 (sequuntur nomina consulum ordinariorum anni 225). — 2) Deae Diae. — 3) Via Campana diverticulum fuit viae postea appellatae Portuensis, ad cuius quintum lapidem apparet fuisse lucum deae Diae. Cf. Henzen p. XII. — 4) Convenerunt. — 5) Immolaverunt. — 6) pendendar. traditur (hanc partem lapidis vidit solus Ursinus). Cf. Henzen p. 142. — 7) Cf. Henzen l. c. — 8) Lustrum missum. — 9) Boves feminas auro iunctas. — 10) Aras temporales. — 11) Infra subscriptis. — 12) Arietes numero. — 13) Ves eor. lapis. De Vesta deorum dearumque cf. Henzen p. 147. — 14) Adolendae Coinquendae. — 15) Domini nostri. — 16) Taurum auratum. — 17) Cf. N. 3047 not. 5. — 18) Inse-re quod. — 19) Efferendi. — 20) Quae supra.*

*Similia sacrificia piacularia enarrata erant in actis anni 218 (VI 2104) iisque quorum fragmentum a. 1899 repertum est (Notizie degli scavi 1899 p. 267). Cf. de his piaculis maioribus Henzen comm. p. 140 seq.*